

Kanovník vyšehradský – dle rkp. dražického, fol. 105a I-117 I (Archiv Pražského hradu, G 5)

Dle rkp. (Stuttgart, dříve Fürstenberská rkp. sbírka, Donausingen 697, fol. 65- /)

105a I

Anno Dominice incarnationis^a millesimo^b C^o XX^o VI^{oc} Sobieslaus dictus uenit in Morauiam, et ablata Ottoni provincia Dedalrici, restituit filium eius Wratislaum in paternam sedem. Otto dux Morauie conuenit Luderium^d in Ratispona. Sobieslaus uastauit Morauiam partem Ottonis.

Eodem anno IIII^e nonas Ianuarii lucescente die signum visum^f est fulguris, sed quibusdam uisum est ante natale Domini quibusdam in vigilia nativitatis Domini, sed |

105a II

plane uisum est in nocte sancti Stephani prothomartyris. Eadem hyeme tanta magnitudo niuis fuit, qualem nullus hominum se uidisse dicebat, in qua multi homines mortui^g sunt. XIII kalendas Marcii^h inudacio aque. Glacies multis rebus nocuit.^{i 65 II/65vI} Hic^j Luderius^k rex Saxonum seductus ab Ottone duce Morauie inflatus magna superbia et auaricia pecunie atque malicia et iniquitate cum suo exercitu venit contra Bohemos^l iuxta oppidum nomine Chlumecz ubi Sobieslaus dux cum Dei adiutorio et^m suo comitatu XII kalendas Marcii prostrauit quingentos primates illorum exceptis scutiferis inter quos ruit Otto dux memoratus. Et in tanto bello tres tamen Sclau perierunt, regi autem Saxonum cum ceteris pepercit, dimisitque eum in pace et sic dominus Sobieslaus et Bohemi cum magno honore et gloria illesi redierunt. Factum est autem inenarabile gaudium tam clericis, quam laycis per totam familiam sancti Wenceslai, quamⁿ nec patres nostri, nec aui nec attau habuerunt talem honorem, qualem omnipotens Deus sua gracia concessit nobis suaque dextera et iusto iudicio uicit eos. Amen. Nolo^o uos latere, patres et matres, quod audiui, anuncio uobis ueritatem auxilii omnipotentis Dei, quae uisa est pene^p ab utroque exercitu, quod aquila uolans ea die antequam bellum fieret^q inter Saxones et Bohemos^r sua uoce clamabat super Saxones

^a V Don. Pravidelně „Anno domini“.

^b V Don. marg. připsěk humanistickou kurzivou: „Additiones ad Cosme chronicon.“

^c Don.: „Anno domini M^oCXXVIII“.

^d Don.: „Luterium“.

^e Don.: „quarto nonas Ianuarii“.

^f Don.: deest.

^g Don. „morti“ (!).

^h G5: Mezi kalendas a Marcii původně nyní škrtnuté Iunii.

ⁱ Don. „nouit“.

^j Don. marg. pozn. „Anno memorabile Soslai cum Saxonibus.“

^k Don. „Luterius rex Saxonie“.

^l Don. „Boemos“.

^m Don. marg. pozn. „...ia Boemorum“.

ⁿ Don. „quod“.

^o Don. „Molo“.

^p Don. marg. pozn. „...dignus in bello“.

^q Don. „fieret bellum“.

^r Don. „Boemos“.

presciens nutu Dei, cadauera eorum et campanam sonantem auditum est. Iterum circumstantibus et custodibus primatibus Bohemiensibus et prepositis et capellanis pene centum hastam sancti Wenceslai^a inter |

106 I

quos unus capellanus probus nobili genere nomine ^{65vI/65vII} Vítus, qui tenebat hastam eiusdem sancti prememorati, ut mos est, indutus lorica et galea ut Achilles lacrimans per gaudio clamavit ad suos: „O socii et fratres constantes estote, uideo enim sanctum Wenceslaum sedentem^b in equo albo et indutum candida veste super cacumen sacre haste pugnantem pro nobis etiam et uos uidete (!).“ Illi autem stupefacti aspicientes hac et illac nichilque uidentes, quia non omnibus nisi dignis datum est a Deo illud miraculum videre. Tristantibus conlacrimantibus^c et ex toto corde gementibus ad Deum et oculis et manibus expandentibus ad celum et tam diu clamantibus: „Kyrie“, dum Deus omnipotens sua misericordia et suo sancto nuncio Wenceslao nostro protectore uicit nostros hostes. Amen.

Hec duce Sobieslao omnia agente misit suum capellanum in^d uillam, que uo^ecatur nomine Wrbczane, cui fuit nota res. Qui inuenit in pariete ecclesie uexillum sancti Adalberti pontificis et suspensum est in hasta sancti Wenceslai martyris in tempore belli contra Saxones, ubi Deus uicit eos. Amen.

Eodem anno V nonas octobris Zdik^f ad sedem Olomucensis episcopatus secundum instituta canonum electus ab archiepiscopo suo Magontino ordinatur. Et in ordinatione ablato nomine barbaro Henricus appellatur.

Eodem anno Sobieslaus dux et Ungarorum^g rex Stephanus conuenerunt ad colloquium ^{65vII/66 I} et munera dederunt ad inuicem. Rediens Sobieslaus ad sua, cepit Braczislaum kathenatumque duxit in castel-|

106 II

lum nomine^h Donin.

Eodem anno multi homines perierunt fame per totum mundum.

Deinde transactus tribus mensibusⁱ Braczislaus in arce Jaromir retrusus est.

Eodem tempore quasdam municiones Bohemi^j reedificauerunt, que Sclauice Przimda, Yzcorelik,^k Tachow^l appellantur. Eiusdem eciam temporis curriculo capella in monte Rzip

^a Don. „Weceslai“.

^b Don. marg. pozn. „Apparicio s. Wencezslai in bello“.

^c Don. „ez lacrimantibus“.

^d Don. „in uillam nomine Wrbczany“.

^e Marginální poznámka snad stejnou rukou „[vex]illo/[sancti] Adalberti“.

^f Don. „Zdiko“.

^g Don. „hungarorum“.

^h Don. „dictum“.

ⁱ Don. „tribus transactus mensibus“.

^j Don. „Boemi“.

^k Don. „Yzcorzelik“.

^l Don. „Thachow“.

nuncupatur^a Sobieslaus dux serenissimus destructam reconstruxit, quam Zdik^b sancte Olomuncensis ecclesie uenerabilis episcopus pristini dotis iuri restauratam cum summa reuerencia consecravit.

Anno dominice incarnationis millesimo CXXVII VII kalendas Marcii caput^c sancti Adalbert martyris et pontificis in ciuitate Gnezden repertum est eo quidem loco, ubi martyr idem martyrio fuit coronatus et tumulatus.

Sobieslaus uero dux Bohemorum^d tunc temporis Lotario regi Teutonicorum fuit reconciliatus, eiusque gracia et dilectione inductus castrum Nemberk^e cum magna manu obsedit et Bawariam fere usque ad Danubium uastauit, incendit, decem ebdomadis expletis **per sancto** negocio cum magna pompa et triumpho ad propria remeauit. Bawari uero et Sweui furore et indignatione accensi ducem ^{66 I/66 II} Conradum sibi in regem constituerunt, sicque nouissimum errorem priore peiorem, proh dolor, in regno effecerunt.

Anno Dominice incarnationis millesimo CXXVIII Lutherius rex in die pasche leuauit de fonte baptismatis filium ducis Sobieslay factique sunt intimi amici. Cui paruulo post confirmationem filius |

106 a I

Wigberti in exitu uite sue promisit totum pheodum suum astantibus ibidem primatibus Saxonum.^f

Eodem anno expedicio facta est a Sobieslao in auxilium compatti (!)^g suo Lutherio regi contra regem Conradum. Sequenti uero die rediit propria cum graciaram acc[i]one.

Non post multum uero temporis Conradus filius Liutoldi captus est a Sobieslao et inclusus est in claustro Wissegradensis ecclesie.

Estas sicca.

Eodem anno multi principes^h Bohemorum capti et kathenati atque inclusi sunt in custodia a duce Sobieslao. Brziecziaslausⁱ ductus est in castellum Daczin et Conradus ad Henricum filium Wigberti.

Eodem anno V idus Nouembris et sclavonice prosince^j eclipsis Lune rubea.

Dicam quod quidam viderunt particulam, que remanserat iactantem se huc et illuc donec defecit et multe stelle circumdederunt eam. Ex quarum una circumuolavit Lunam,^k altera proiecit se ad aquilonem. Transactis decem diebus ad noctem rubea signa apparuerunt in celo ab aquilone. ^{66 II/66VI}

^a Don. „appellant“.

^b Don. „Zdiko“.

^c Don. „capella“.

^d Don. „Boemorum“.

^e Don. „Nuremberk“.

^f Don. „Saxonum ibidem primatibus“.

^g Don. „compatri“.

^h Don. „primates“.

ⁱ Don. „Braczislaus“.

^j Don. „et sclavonice prosince“ deest.

^k Don. marg. pozn. „prodigia vari“.

Anno Dominice incarnationis millesimo CXX^oIX Wratislaus filius Dedalrici captus est a Sobieslao. Post hec in exilium missus est.

Kladsko^a castrum renovatum est atque firmatum a Sobieslao.

Eodem anno dux Sobieslaus renovavit Wissegradense monasterium, quod pater eius beate memorie rex^b Wratislaus edificavit pro anima sua et uxoris sue prolisque sue collaudante et auctoritate gloriosissimi pape Alexandri atque LXX duorum patrum, qui sancte Romane |

106 a II

ecclesie prenomatus pontifex ad corroborandam eiusdem sacre institutionis dignatus per Johanem Tuscolanensem episcopum et per Petrum prepositum sancti Georgii martyris predicte ecclesie ministris videlicet presbytero, dyacono, subdyacono et eciam preposito trasmisit et ad insigne apostolice auctoritatis eis perpetuo hiis uti concessit sandalia et mitrans^c (!). Hiis uero ita dispositis et ordinatis idem rex supramemoratus hoc predictum monasterium subdidit sancte Romane ecclesie, qui tali modo fundavit, portans propriis humeris XII^d cophinos plenos lapidibus in honore saluatoris, ut Constantinus imperator fundavit Romanam ecclesiam. Ideo fecit eam liberam esse, quam Sobieslaus, ut diximus, renouavit et renouatam in melius auxit^e, quia parietes depingi fecit, coronam auream in ea suspendit, que ponderat XII^{66vI/66vII} marcas auri argenti uero LXXX esset ferrum sine numero pauimentum politis lapidibus exornauit, porticus in circuitu addidit, laquearia in lateribus duobus affixit, tegulis summitatem totam cum tectis cooperauit, claustrum et omnis officinas **cooperiri** iussit insuper et canonicos eiusdem ecclesie multiplicavit stipendiis, prediis, aliisque bonis augmentavit.

Eodemque anno dominus Meynardus, episcopus Pragensis ecclesie, renovat sepulchrum sancti Adalberti pontificis auro et^f argento et cristallo.

Eodem enim anno Wenceslaus, filius Zwatoplik,^g missus est in Vngariam a duce Sobieslao in auxilium regi Stephano contra Grecos. |

107 I

Sicque cum pace rediit. Sed ueninens per III menses quartanis febribus exco[ct]us, pridie kalendas Marcii expiravit.

Anno Dominice incarnationis^h millesimo CXXX ipsa natiuitatis die surgente Aurora Lucifer ortus est, quod nunquam uisum uel auditum fuit. Hic dominus Megnardus,ⁱ episcopus Pragensis ecclesie,^j profectus est Ierolimam causa oracionis.

^a Don. „Cladsko“.

^b Don. „dux“.

^c Don. „mitras“.

^d Don. „duodecim“.

^e Marginální poznámka stejnou (?) rukou : „De corona wissegradensis ecclesie.“

^f Don. deest.

^g Don. „Swatopluk“.

^h Don. deest.

ⁱ Don. „Meynardus“.

^j Don. deest.

Eodem eciam anno dux Sobieslaus proficiscens Ratisponam ad colloquium Lutheri regis^a in quodam riuulolo nomine^b Dei gracia euasit **mersionem**, in illaque urbe manens per septimanam destruxit XX municiones sicque sanus et letus rediit ad ^{66vII/67 I} sua. Hec domino duce Sobieslao agente et ante et adhuc per omnia incolomi existente peruenit in castrum Kladsk cum multo comitatu, quo solercius^c quam antea et robustius munitioni Morauiam proficisci disposuerat, sed Dei misericordia reuelante, ut ipse ait: „*Nichil opertum, quod non reueletur, neque absconditum, quod non sciatur et cetera.*“ Insidie et tradiciones, que longe ante meum machinate erant, tunc in ipsa uia patuerunt, ^dsicque inceptum iter Morauie ad tempus impediuerunt. Pxima (!) itaque die dominica XVII^e kalendas Iulii in ipso itinere cognoscens duos satellites uite eius insidiantes uocauit comites suos Sdeaslaum, filium Blagonis,^f alterum Diuis, rogans ab eis fidem, ne uoluntati sue in quodam secreto contradicerent. Illi uero duci fidem prouelle dederunt, quibus sub oculis traditores manifestans ait: „Hii sunt uite mee^g insidiatores et interemptores. Sicut mihi paulo ante promisistis inpuni-

107 II

tos, usque ad prouinciam nostram ducatis, quatenus omnis tradicionis tam suspecte, quam manifeste ueritate plenius et lucidius cognoscamus. Quorum alter cum hasta et sicca detoxicata deprehensus fuit ferme duorum cubitorum longitudine. Alter uero fuga elapsus est. Tunc dominus Sobieslaus per Dei^h sapienciam ut Salomon premonitus quibusdam uenatoribus suis aduocatis rem tamenⁱ dissimulans, ait: „Cuidam ex meis armigeris furata ^{67 I/67 II} est mantica. Mittite indagatores canes, ut sequantur uestigia predonis“. Illi non spernentes iussa domini uelociter insecuti sunt atque in quadam uilla ceperunt eum, uinctumque ad ducem adduxerunt, habentem gladium infectum ueneno. Qui presentibus primatibus Bohemie^j interrogauit, nefandos latrones, dicens, quam ob causam et cuius consilio tale et tantum nefarium scelus perpetrare uoluistis, cuiusue milites estis, qui filii iniquitatis tam nefandam rem celare non potuerunt. Sicque alter se militem esse Miroslai filii Iohannis comitis, alterque fratris eius^k iunioris Strziezimir^l professus est. Hec autem uerba fuerunt exordium maledicte orationis. O bone et pie princeps, si causam queris et ordinem omni nube mendacii remota hec est. Miroslaus nos, infelices, misit ad perdendam uitam inclitam tuam. At Miroslaus, qui in

^a Don. deest.

^b Vynechané místo. V Don. plynule navazuje.

^c Don. „et robustius quam antea“.

^d Don. deest do kce věty.

^e Don. „XVIII“.

^f Don. „Blahonis“.

^g V Don. následuje „traditores“.

^h V Don. následuje „gratiam et“.

ⁱ Don. „cum“.

^j Don. „Boemie“.

^k Don. „sui“.

^l Don. „Strziezimir“.

eodem itinere erat, uinculis durissimis est constrictus. Strzeczimir^a uero inito consilio cum fratre finxit matrem suam ualde infirmam licenciam domum eundi a duce expedi-

107 a I

cione quesiiuit. Qui similiter in quadam uilla captus est atque ambo cum fratre ducti sunt in Wissegrad. Hiis ita transactis dominus Sobieslaus proficiscitur in urbem Pragam metropolitanam causa oracionis disalciatiis pedibus et uestibus mutatis, ut rex Niniuitarum, et ingredientem omnes ecclesie letantur cum ingenti triumpho et honore eum suscipiunt,^{67 II/67VI} de^b eius salute quidem, ut merito gaudentes, ymnumque angelicum canentes, necnon et campanis sonantes. Factaque ibi oracione discessit in Wissegrad,^c ibique a canonicis patris sui scilicet regis Wratislai cum inenarrabili gaudio susceptus est. Altera uero^d die quemadmodum apes conuolare solent ad^e duces et ad matrem suam. Ita Bohemienses primates, rescientes suum principem euasisse tanta pericula, conuenerunt in alcioem urbem Wissegrad.^f Ibiue inuenientes eum gaudent de eius salute, ut mater de unico filio. Sequenti uero die dux Sobieslaus congregauit nobiles et ignobiles in palacium Wissegradense^g – eciam Pragenses canonicos. **Atque nos ibidem fuimus.** Fuit multitudo magna uirorum in concilio illo pene tria milia. Ipseque monarcha Bohemorum^h stans in medio omnium nostrum sicut filius supplicans patri de omni inobediencia sua ita eleuans uocem suam sic cum lacrimis ait: „O Bohemiensesⁱ proceres et scutum Bohemice^j terre non laudo neque extollo me, sed ueritatem dico, quando fui profugus Dei gracia ubique felix fui et habui de hiis sufficienter, que michi |

107 a II

necessaria fuerunt. Nunc autem flens dico: „Viuentem fratre meo et duce Wladislao, neque scuto, neque alia ui istum ducatum et honorem precepi, sed Dei misericordia et eleccione fratrisque mei adhuc uiuentis, uestrique omnium sum adeptus.^{67VI/67VII} Hacque racione et iusticia me iuste et racionabiliter arbitror posedisse, quidam uero ex huius provincie nobiliores instinctu Sathane commoniti me, pro dolor, perimere uoluerunt, ueluti quondam illorum antecessores fratrem meum Brzeczislaum^k duces prudentissimum occiderunt. Swatopluk^l quoque sine causa perimerunt, me uero, qui ad utilitatem patrie pariterque ad uestrum honorem enisus^m (!) sum, nescio ob quam causam me perdere uoluerunt, sed Dei gracia auxiliante perficere (!)ⁿ non ualuerunt. Nonne uidetis, quanta duricia, quantaque impietas

^a Don. „Strzeczimir“.

^b Don. „et“.

^c Don. „Wyssegrad“.

^d Don. „autem“.

^e Don. „a“.

^f Don. „Wyssegrad“.

^g Don. „Wyssegradense“.

^h Don. „Boemorum“.

ⁱ Don. „Boemienses“.

^j Don. „Boemice“.

^k Don. „Braczislaum“.

^l Don. „Swatopluk“.

^m Don. „euisus“.

ⁿ Don. „proficere“.

cordis eorum fuit, quibus et enim uberiora dona mee gratie^a imperciebar, et quos pre aliis cariori affectu uenerabar, atque lateri meo decenter assidere faciebam. Horum maligna voluntas in^b exicium molita est. Ceterum ne uel ambiciose, uel pro inuidia eos dampnare uidear, proprii^c oris eorum alloquio dignitati uestre audire complaceat. Post hec autem predicti filii Sathane prenotati^d sunt principi simulque discumbentibus. Illi uero, qui uitam ducis a maioribus^e suis gratie iussi fuerant nefandam rem celare non potuerunt, sed Miroslaum, filium Johannis, in hiis omnibus accusauerunt, iussu cuius omnia facere uoluerant sibi iniuncta esse dicebant, nam et seruietes ^{67vII/68 I} eius fuerant. Miroslaus autem conspectui ducis |

108 I

astare uissus est. Preceptumque est, ut unus de primatibus ab eo hanc causam inquireret sua ne malicia, an aliorum suggestione tale crimen excogitare ausus esset, quisue huius coniurationis magister fuisset. Ipse uero ad hec respondit: „Princeps piissime, nullatenus grande peccatum meum celare possum, quod per maximum infortunium premeditatus sum. Sed in presencia uestri atque simul discumbencium manifestare uolo. Nam quodam tempore unus de militibus Brzeczislai,^f nomine Bolesa, causa huius iniungendi peccati ter me uisitauit, cuius ego consilio consentire uolui. Ad ultimum uero uenit ad me Bozik, uero capellanus atque tali modo me monere cepit: „Non ne,^g karissime fili, patre tuo in hac provincia nullus nobilior, nullusque sapiencior fuit, tu autem inter alios huius terre primates pro minimo haberis insuper et germanum tuum tam diu in uinculis pro nichilo multa mala perferre pateris. Ergo melius est, ut hoc duce superbissimo perempto, talem intronizemus, a quo sine dubio cuncta, que^h nobis placuerint habere poterimus. Quod si mihi non credis ad talem te deducam, cui indubitanter credere poteris.“ Hoc sermone finito ego pro peccato meo ammonicioni eius acquieui ^{68 I/68 II} et ita perduxit me ad episcopum Megnardum,ⁱ qui in quadam villa manebat, que Sclauice^j Zirzina^k ues appellatur. Hoc autem fecit ceu presuli me cupiens in ministerium commendare, ibique totum inicium huius coniurationis factum est.“ Deinde a duce interrogatus de predicta coniuratione, episcopum graviter in omnibus ita dicens^l accusauit: „Presul |

108 II

^a Don. „gracie mee“.

^b Don. „michi“.

^c Don. „proprie“.

^d Don. „presentati“.

^e V Don. následuje „querere iussi fuerant“.

^f Don. „Brezislai“.

^g Don. „None“.

^h Don. „quecumque“.

ⁱ Don.: Meynardum“.

^j Don. deest.

^k Don. „Zerzina“.

^l Don. „dicendo“.

Megnardus^a ob hanc causam, ut nos^b in hoc negotio constantes haberet, duos digitos super reliquias sanctorum posuit, verba huiusmodi mecum habuit: „Si uitam ducis perdidideris inter ista quinque scilicet Zatecz,^c Liutomirzicz^d et inter cameram et mensam et agosoniam (sic !) quodcumque elegeris me promittente, duceque Brzeczislao^e donante sine dubio cum honore possidebis.“ Deinde postquam seipsum cum aliis proprio ore accusauit de concilio cum sociis eductus est sequentique die cum fratre Strzeczimiro^f et cum quodam medico omnibus membris in foro priuati sunt. Duo autem predicti filii Sathane in auditum tormentum subierunt scilicet in rotam striccius implexi oculis (!), erutis manibus cum lingua amputatis cruribusque confractis super columpnas positi, que interitu eorum apparate fuerant, miseram uitam finierunt. Krziwosud uero, qui patruus Miroslai fuerat, atque alii duo, quorum unus Waczemil,^g ^{68 II/68vI} alter Henricus uocabatur. Isti quidem, qui a prefato Miroslao coram duce, atque predicto^h conuentu accusati fuerant, ad iudicium destinati, Prage per ferrum inceserunt et sic ab omnipotente Deo dampnati ueraciter rei reperti sunt. Ac pro inde (Don. uide?) quatenus capitalem subeant sentenciam, decretum est, tandem ducti ad forum IX kalendas Iulii cum securi decollati sunt. Bozik capellanus inter cetera populi multitudine quasi ad spectaculum affuit. Illud autem nescio, an ad abolendum sibimet scelus inpositum uenerit, an sicut dyabolus inuentor huius |

108 a I

negocii fuit, atque ductor ipsius per omnia extitit. Ita ad spectandum interitum sodalium suorum eum adduxit uolendo, agonistam suum non diucius a consorcio sociorum uagari. Nam qui antea conscius sibimet uagus et exul extiterat modo per Dei gratiam manifestus omnibus apparuit. Quem uidens unus de primatibus tentum perduxit ad ducem et interrogatus de causa sermoni sociorum in nullo discrepuit, sicque cathena ferrea constrictus ad custodiam uillico regis deputatus est.

Sequenti uero septimanaⁱ II kalendas iunii Braczislaus obcecatus est.

Eodem anno VIII idus octobris quoddam monstrum ad similitudinem serpentis uno momento scilicet circa ocasum solis uisum est uolare per^j Bohemiam totam et plurima alia ^{68 VI/68vII} loca. Post hec autem aliud signum^k uisum est a quibusdam nimis lucidum matutinali hora.

Wratisslaus, filius Dedalrici, reductus est de exilio.

Anno Dominice incarnationis millesimo CXXXI IIII kalendas aprilis, id est in dominica,

^a Don.: Meynhardus“.

^b Don. „constantes in hoc facto“.

^c Don. „Zacz“.

^d Don. „Luthomierzicz“.

^e Don. „Brzeczislao“.

^f Don. „Strzeczimiro“.

^g Don. „Wieczemil“.

^h Don. „prefato“.

ⁱ Don. „septima“.

^j Don. „totam Boemiam“.

^k V Don. následuje „aquibus“.

qua cantatur letare Lutherius^a rex cum multo comitatu tam clericorum, quam laycorum in ciuitate, que Leodium uocatur, conuenit,^b in quo conuentu Innocencium profugum papam elegerunt. Illum uidelicet, quem Petrus Leonis filius cum clero et populo Romane ecclesie de pontificali sede pepulit. Quam ob rem episcopum Monasteriensis ecclesie miserunt, qui Petro pape omnibusque Romanis regem Theutonicorum cum exercitu post V^c menses ad eos uenturum nunciare. Qui ob me- |

108 a II

tum falsi regis Conradi una a recta uia deuiando uenit in Bohemiam^d et in Wissegrad metropolitana ciuitate missam de inuencione sancte crucis magno cum honore nec non cum canonicis eiusdem ecclesie celebrauit. Tandem a duce Sobieslao decenter donatus per regionem **Racudsis**^e marchionis transiit, sicque per prouincias transiens rediit ad sua, sed illa res ad nichilum redacta, quasi puluis auerto raptus deperit.

Interea transcurrente tempore dux Sobieslaus ad radicem cuiusdam uille nomine Tachow in finibus Mesko^f 68 VII/69 I castrum edificauit, quod ex nomine adiacentis uille appellauit. Aliud quoque edificauit in partibus Milesko^g iuxta flumen Niza,^h appellauitque nomen Yzhorelik,ⁱ quod antea et Drenow^j uocabatur.

Hic dominus Megnardus^k episcopus sanus et incolomis ad sedem^l episcopatus sui remeuit, se duci Sobieslao cum primatibus Bohemie causa expurgandi sibi inpositi sceleris ad omnia iudicia tradidit. Quam ob rem duo de canonicis^m Pragensis ecclesie, unus ex parte domini episcopi, uidelicet ydiota, qui uocabatur Heroldus, qui uicarius et capellanus Bambergensis episcopi et archipresbiter Pilznensis, quod non decebat, fuit, quem Miroslaus, filius Johannis, in capella Zirzinewsi,ⁿ ubi iuramentum inter episcopum Megnardum^o et Bozik et Miroslaum factum est, affuisse dicebat, alter Tutha^p ex parte ducis. Hii duo ad archiepiscopum Magontinum et episcopum Bambergensem missi sunt, ut qualecumque iudicium Megnardo^q episcopo imponerent. Ipse equanimiter |

109 I

susciperet.

^a Don. „Ludarius“.

^b V Don. deest až po „Illum...“. **Ověřit délku této věty a řádku!**

^c Don. „quinque“.

^d Don. „Boemiam“.

^e Don. „raedesis“.

^f Don. „Mezko“.

^g Don. „Milezko“.

^h Don. „Nisa“.

ⁱ Don. „nomen Yzhorzelik“.

^j Don. „Drzenow“.

^k Don. „Meynhardus“.

^l Don. „sui episcopatus“.

^m Don. „ecclesie Pragensis“.

ⁿ Don. „Zerziniewsy“.

^o Don. „Meynhardi“.

^p Don. „Thuta“.

^q Don. „Meynhardo“.

De duabis stellis, uobis^a Bohemi ante XI annis^b memoratis, de ipsis postea nullo modo sermone meo aliquid explicare potui, quia diverse ibant. Sed interim dum ab aliis negociis penitus ocior, quantum Spiritus sancti gracia sensui meo admini^{69 I/69 II} strauerit et qualiter uidi, explanabo. Stella, que surgente aurora, VIII kalendas marcii instante uere orta est, quam uos, Bohemi, Luciferum esse dicebatis, que VII kalendas januarii in yemali occasione solis adueniente die occubuit.

Eodem autem anno altera stella lucidior VIII kalendas augusti in ortu solis apparuit, que paulatim inferius descendendo II idus Ianuarii non apparuit. Que igitur inter illas Lucifer dicebatur,^c non credo homines esse, qui sciant, sed Deus, qui est creator omnium, per quem multa signa et prodigia uidentibus nobis facta sunt, de quibus quedam superius prenotaui, ipse scit.

Eclipsis lune; sed parua pars remansit, donec tota impleta est.

Redeamus ad superiora. IIII kalendas octobris presul Bamberiensis^d et antistes Olomucensis cum septem Bohemiensibus^e abbatibus, astante duce Sobieslao cum populo et clero Megnardum,^f sancte Pragensis ecclesie episcopum, ab omni culpa, que^g prius illata sibi fuerat, per depositionem suarum scolarum expurgauerunt profitendo, uidelicet Megnardum^h episcopum nichil aduersi duci Sobieslao cogitasse, nisi ad hoc solummodo elaborasse, quomodo Braczislaus a uinculis possit liberari. Megnardusⁱ episcopus remissa causa concilii perrexit, in qua synodo ^{69 II/69VI} propter profugus supra memoratus cum quinquaginta episcopis, preter abbates fuit, ibique Pe- |

109 II

trum papam, qui tunc Romane ecclesie preerat, Conradum regem extinguendo lumina excommunicauerunt.

Anno Dominice incarnationis millesimo CXXXII XIX kalendas Februarii rubea signa uarie in celo apparuerunt ad septemtrionalem plagam.

XIII kalendas Februarii domino Megnardo^j in quadam uilla Chuchel manente in cuiusdam diei cepusculo^k in auditum horrendumque nimis accidit portentum. ^lCum enim^m iam sopore grauatus lectum conscenderet et seruientes sui coram eo starent subitoⁿ strepitus horribilis quasi de spelunca ueniens domui, in qua erat. Imminebat auribus eorum insonuit,

^a Don. „o Boemiam“.

^b Don. „annos memoratos“.

^c Don. „diceretur“.

^d Don. „Bambergensis“.

^e Don. „Boemiensibus“.

^f Don. „Meynhardum“.

^g Don. „illata prius“.

^h Don. „Meynhardum“.

ⁱ Don. „Meynhardus“.

^j Don. „Meynhardo“.

^k Don. „crepusculo“.

^l V Don. předchází „nam“.

^m Don. deest.

ⁿ Don. „subito“.

quo strepitu preterriti solo Domino relictis fugierunt. Ipse vero nescius quid faceret. Saliens de lecto uelut in extasi positus^a iuxta murum camini constetit. Et ecce lapis mire magnitudinis de monte ueniens duos parietes simul cum lecto episcopi contrivit, ibique resedit et ita dominus episcopus illesus euasit. Amen.

Eodem anno IIII nonas marciis eclipsis lune et tota sanguinea.

Dux Sobieslaus ad concilium regis Lotari Bamberk profectus est. Cumque conuentus totius concilii in regale palacium conuenisset et rex Lotarius cum ^{69vI/69vII} Sobieslao duce priuatim in quadam camerula iuxta palacium posita sedisset, ecce nescio si uetustate loci, uel aliquo malo homine regis pauimentum palacii cum omnibus intus manentibus corruit. In qua ruina multi Theutonicorum uulnerati sunt, alii grauiter lesi interitum mortis uix euerunt, Bohemi^b uero omnes incolomes extiterunt. Non multo post tempore rex Lotarius causa concilii |

109 a I

in castro Plizn cum multis Theutonicis conuenit, rursus palacium, in quo conuenerat, cum omnibus corruit, sed gracia Dei omnes sani euaserunt.

Eodem tempore Goslarii concilium a rege factum est, ubi cum palacium cum omnibus ruisset. Nullum Dei gracia uulnerauit. Sequenti septimana post resurreccionem dominicam^c thonitrua horribilia et inaudita apparuerunt. Ex quibus terris sancti Wenceslai succensa^d est.^e Sed Dei gracia protegente et sanctorum martyrum Wenceslai, Adalberti oracione iuuante sola turris tantum modo combusta est, ecclesia autem tuta ab igne permansit.

Beatus Gothardus confessor et episcopus insignibus uirtutum miraculis, que per merita eius in Wildensi urbe operata sunt, claruit. Quo facto per multas fidelium gentes diffuso plures propter uidenda eius miracula et maxime in eius meritis et precibus uniuersis ^{69vII/70 I} criminum nexibus relaxatis inter filios Dei computari mererentur, Hyldense castrum pecierunt.

Eodem tempore Ratispona ciuitas potentissima ferre tota combusta est preter quadraginta^f domorum, que uix euaserunt. Multis eciam in locis ipso anno ignis maxime nocuit. Dux Sobieslaus regi Lotario^g Romam proficiscenti CCC milites in auxilium misit **Iaromirum** filium Borziwoy ducem prefecit. Qui de terra sua egressi dum ad quendam locum Omberk uocatum uenirent, ibi cum Teutonicis foro predicti loci pugnauerunt, quos Deo iuuante deuicerunt.

Wratisslaus dux de parte Morauię, que uocatur Brninzco^h |

109 a II

^a Don. „positus“.

^b Don. „Boemi“.

^c Don. „domini“.

^d Don. deest.

^e G5: Marginální poznámka (stejnou ?) rukou „De combustione turris sancti Wenceslai.“

^f Don. „XL“.

^g Don. „Lothario“.

^h Don. „Brnsko“.

filius Dedalrici duxit uxorem de Rusia, pulchritudine sua Helenam Grecorum reginam superantem, que **quia**^a albi coloris specie nimium splendebat, ut rutilus fulgor auri **albedine**^b, corporis eius quibusdam rubeis notis inficeret.

Eodem anno dux Polonorum^c cum infinito exercitu in Vngariam profectus est, ^duolens filium Colmanni expulso rege ceco, qui uocatur Bela inuitis Vngaris intronizare. Mater enim prefati iuuenis a marito suo rege uidelicet Colmanno repudiata dum esset pregnans, rediit ad patrem, atque ibi puerum peperit. Hunc ergo dux Polonorum^e regem Ungaris preponere ^{70 1/70}^{II} cupiebat, sed eius propositum Diuina prouidencia destruxit, nam cecus rex cum exercitu suo ei occurrit et Boleslaus cum suis perteritus expectata nocte fugam iniit. Quem Ungari insecuti Deo auxiliante multos **apta**^f fuga interfecerunt. Interea dux Sobieslaus Dei misericordia precibusque sancti Wenceslai **munitus** Poloniam cum exercitu suo XV kalendas Nouembris intrauit totamque partem illius regionis, que **Slansko**^g uocatur penitus igne consumpsit. Multos eciam captiuos cum innumera pecunia necnon indomitarum equarum greges non paucos inde secundum duxit et **ita** Dei gracia fauente cum ingenti triumpho atque tripudio **repatriauit**.^h

Anno Dominice incarnationis millesimo C XXX III VIII kalendas Marcii luna passa est eclypsim sed quarta pars eius denigrata fuit et ita imminente ortu solis occidit. Hanc eclypsim nimia mortalitas hominum secuta est.

XVII kalendas februarii acer dux Sobie-

110 I

slaus secundo Poloniam inuasit,ⁱ eamque in signi tropheo deuastauit, multos inde captiuos abduxit, uillas fere trecentas^j succendit. Tandem cum uictoria Deo prestante ad propria remeauit.

Eodem tempore legatus apostolici ueniens Megnardum^k episcopum in multis detestandis criminibus accusauit et accusatum ad audienciam apostolici, ut de inposito sibi crimine se expiaret, venire iussit. Coniurauerant ^{70 II/70vI} enim quidam ex eius monasterio **perversi** fratres contra eum, quatenus priuatum sua dignitate turpiter pellerent a sede. Horum execrabile iniquumque molimen gracia Dei ad effectum uenire non permisit.

Dux Sobieslaus Vngariam leuiro suo regi Vngarorum proficiscens, cis pagum nomine **Vag**^l castra metatus est. Ibique multo tempore moratus tandem profecto negotio suo ad

^a Don. „quam“.

^b Don. „albedinem“.

^c Don. „Polonicorum“.

^d Don. „filium Colomani uolens expulo (!)“.

^e Don. „Polonicorum“.

^f Don. „in ipsa“.

^g Don. „Slazko“.

^h Don. „reprimavit“.

ⁱ Don. „intrauit“.

^j Don. „CCC“.

^k Don. „Meynhardum“.

^l Don. „Wag“.

propria rediit.

III nonas augusti eclipsis solis mirum **immodum** apparuit, qui paulatim deficiens in tantum diminutus est, ut corona quasi crescentis lune ad meridianam plagam perrexerit, que postea in orientem tandem in pristinum statum reformatus est. Per multa loca eciam in Theutonicis partibus, si fame creditur, sanguis in hoc ipso die quasi ymber defluere visus est. Fertur quoque^a in quodam loco Theutonicorum^b parcium in eadem hora patula carnea simul cum^c sanguineo ymbre descendisse, que tante magnitudinis fuit, ut uix XII uiri eam leuare quiuisent.

Post hec presul Megnardus^d sancte pietatis alumnus^e Magunciam^f causa excusacionis ad archiepiscopum suum profectus est, ybi^g eciam plures episcopi conuenerant, |

110 II

in quorum audientia de inposito sibi crimine se decenter expurgauit et accusatoribus suis^h facinus, quo in se insurgere presumpserat, misericorditer condonauit. ^{70vI/70vII}

Eodem anno rex Lotarius imperatoria insignia adeptus a papa Innocencio est in Laterano sancti Iohannis Baptiste in monasterio consecratus. Non enim ad ecclesiam sancti Petri apostoli peruenire presumpsit timens Petrum Leonis filium, qui tunc sancte Romane ecclesie presidebat.

Eodem anno effrene indolis tyro Wladislaus egregii patris equiuocus multis Bohemice terre inclitis cum tyronibus Bauarie in partes fugam iniit.

Anno Dominice incarnationis millesimo CXXX IIII Polonia male fortunata improuidi ducis Boleslai sub munimine constituta iam sepius a Bohemis,ⁱ necnon Morauis hostiliter depopulata, rursus depopulanda utrisque supradictis ab exercitibus Bohemis^j uidelicet et Morauis aditur, atque hostili manu diripitur penitusque igne et ferro usque ad flumen, quod dicitur Odra, deuastatur, sed de Bohemis^k preter Gradicenses, Chrudimenses, Boleslauenenses, Czaslauenenses,^l Gladcenses^m plures non fuerunt. Inclitus princeps Sobieslaus tam uirtute animi, quam ui corporis conspicuus et quo frequencius predicandus in ciuitate, que Plzen uocatur, cum imperatore Lotario pro colloquio conuenit. Cuius rei causa quidem talis fuit. Rex autem Panoniorumⁿ cecus episcopum Albe ciuitatis nomine Petrum ad imperatorem magnis cum ^{70vII/71 I} muneribus et ut iniurias a Polonico |

^a V G 5 vloženo přeškrtnuté „in quoque“.

^b Don. „Theutonicarum“.

^c Marginální poznámka stejnou (?) rukou : „Nota de ymbre sanqineo“.

^d Don. „Meynhardus“.

^e Don. „alumpnus“.

^f Don. „Magonciam“.

^g Don. „ibi“.

^h V Don. následuje „omne“.

ⁱ Don. „Boemis“.

^j Don. „Boemis“.

^k Don. „Boemis“.

^l Don. Czaslauenses“.

^m Don. „Glacenses“.

ⁿ Don. „Panonicorum“.

110 a I

duce sibi illatas coram audientia imperatoris eiusque principum proclamaret, miserat. **Sed quia, ut solet in talibus negociis^a fieri, parum^b aut nichil legacio minoris aput maiorem proficit, nisi mediator intersit.** Prefatus episcopus ad Sobieslaum ducem in Bohemiam^c uenit, quatenus eo mediatore ac intercessore legacio sua proficua fieret. Hanc **igitur** ob causam dux Sobieslaus profectus est ad imperatorem, quo postquam peruenit beniuole ac honorifice ab imperatore susceptus est, omnemque petitionem benigne consecutus est, videlicet ut de rege Vngarorum et duce Polonorum^d secundum uoluntatem ducis Sobieslai imperatoria uoluntas^e procederet. Dona autem Vngarorum imperatori oblata^f hec sunt: duo albi equi decenter fallerati,^g quorum selle XXVI marcas auri^h in se continebant et alia quam plurima. Predictus ergo Petrus Albe ciuitatis episcopus optata legacione potitus, insuper ab imperatore ac ab eius contectali multis muneribus preciosis donatus, letus repatriauit.

Interea Bohemi,ⁱ quieti subiacere nescii, IIII kalendas marcii et forte quinquagesime^j feria secunda euenerat, Poloniam intrauerunt. Poloni uero iam propinquante inicio quadragesime nullum hostem iam uenturum estimantes, de castris, diuersisque municionibus exierant, atque in uillis suis mo^{71 1/71 II} rabantur. Cum ergo^k quasi securi ab hostium incursu secunda cuperent, ducere tempora pacis subito ac in premeditate hostes superueniunt et uelut oues de caulis^l nullo tutante diripiunt |

110 a II

et licet^m Bohemi sine duce Sobieslao terram hostilem introissent, predam tum inde tantam reducerunt, que omnium Bohemie ducum predas, quas in Polonia fecerunt, exsuperat.

O miserabilis regio duci subdita fatuo, quitquid enim delirant reges plectenturⁿ achiui, sepedictus rex Pannonicorum^o Bela, inpietate cecatus fraterna, a genero suo, duce scilicet Sobieslao, petiuit, ut infantem eius de fonte sancte regeneracionis leuaret. Ob hoc autem mirari quispiam non debet, cum huiusmodi compaternitas inter leuirum et generum eius inter germanam et germanum componitur. Ad huc enim posteru **uestri** (!) mirabilius^p secula procedere uidebunt, dum iam in multis rerum euentibus claret genitor nati sui compater

^a Don. deest.

^b Don. „uel nichil fieri“.

^c Don. „Boemiam“.

^d Don. „Polonicorum“.

^e Don. „dignitas“.

^f Don. „sunt hec“.

^g Don. „phalerati“.

^h Don. „in se“ deest.

ⁱ Don. „Boemi“.

^j Don. „quadragesime“.

^k Don. „securi quasi“.

^l Don. „cauilis“.

^m V Don. následuje „dum“.

ⁿ Don. plectuntur“.

^o Don. „Pannonie“.

^p V Don. následuje „ymo miserabilis“.

efficitur. **Nunc et enim alma fides licet relictis mundialibus presidiis astra pecierit aliquantulum tamen de superius terrena a^a contuetur**, sed post hec dum calamiciosior per fide pestis magis moleuerit, tunc alciora petens latibula, ne uisum, quidem ad iras conuertere uoluerit. Rex uero Bela generum^b suum de infante sollicitauit, cuius petitioni dux ^{71 II/71vI} Sobieslaus non abnuens, uenerandum Pragensis ecclesie presulem Megnardum^c ceterosque primates quam plurimos cum infante in Ungariam misit, quo postquam uentum est non minori honorificencia presul Megnardus^d a rege Vngarorum susceptus est, quam cum primum pontificalibus infulis decoratus ad principalem episcopatus sui sedem uenisset, baptizato itaque in die penthecostes infante cum predictos pontifex pluribus preciosis muneribus a rege remuneratus ad propria reheat (!)^e dumque |

111 I

seruorum benignus remunerator fedelium Deus imminente die, qua familie sue fidelem ac ydoneum dispensatorem Megnardum^f huius uite de angustiis educens, in gaudium transferre dispossuerat perpetuum, in (hoc) ipso reditu infirmitate astrictus est. Inualescente uero egritudine longius progredi nequiens, in uilla ad episcopatum suum pertinente, que Sekyr^g uocatur, inlecto se deposuit.

Interea dux Sobieslaus leuirum suum regem Vngarorum rogabat, quatenus sororem coniugis sue uidelicet regine principi Conrado Znoymensi in coniugium traderet, quo percussum fedus inuicem huiusmodi causis corroboratum firmus perduraret. Qua desponsata et audito antistite langore detento primum quidem utpote uisceribus pietatis ^{71vI/71vII} redundans condoluit, de hinc quam tocius redire festinauit, quatenus eum, quem intimo diligebat affectu, uiuum inuenire potuisset. Rediens ergo^h iam dictus princeps de Ungaria uenit ad episcopum suum, cui in infirmitate laboranti, solacia pietatis, prout competens erat, impedit. At episcopus imminentem sui corporis dissolutionem presciansⁱ, cuncta, que a rege Vngarico susceperat dona, suo duci tradidit, quibus acceptis et uisitato suo pastore dux ad sua rediit. Post huius discessum uenerabilis antistes Megnardus,^j pio amore semper recolendus, talenti sibi commissa lucra duplicato, fructu tumulata^k summo creditori referens de periculosis humane uite perturbacionibus ^lad felices beatorum mansiones primo^m letaturus, eterno migravit. Cuius uenerandum funus postquam |

^a Don. deest.

^b Don. „germanum“.

^c Don. „Meynhardum“.

^d Don. „Meynhardus“.

^e Don. „remaet“.

^f Don. „Meynhardum“.

^g Don. „Sekir“.

^h Don. „igitur“.

ⁱ Don. „prescians“.

^j Don. „Meynhardus“.

^k Don. „cumulata“ ?

^l Don. deest „ad felices“.

^m Don. „premio“.

metropolis^a pontificatus sui adductus est. Henricus Olomucensis episcopus, qui exsequiis eius debitum exhibebat officium, lacrimabiliter obtestatus est. Ducem Sobieslaum omnisque^b ibi^c astantes tam clericos, quam laycos, ut si aliquid maligno pocius instinctu, quam aliquo iure ueritatis commoti cum misero alienigena dum uixit, quamlibet dissensionem habuissent saltem miserando ^{71vII/72 I} finiri indulgerent, expleto itaque funeris obsequio in ecclesia sanctorum martyrum Viti, Wenceslai atque Adalberti decenter sepeliuit eum. Huius uite seriem et multiplices aduersitates, quas machinante generis humani aduersario bonorumque omnium destructore dyabolo in episcopatu suo pretulit, si quis cognoscere desiderat, ad superiora recurrat.

Interea presule Megnardo,^d ut iam dictum est, de seculo mortis lege sublato, per plures extitere,^e occulti tamen, quorum quidam familiarium ac propinquorum interuentu, quidam uero censu eciam sanctos corruptentem, ducem Sobieslaum et Lotarium imperatorem sollicitauere eorum concessu, Diuina siue uoluntate sancti^f martyris Adalberti sedem estimantes obtinere. Horum omnium iniquos Deoque odibiles affectis iudex supernus, cunctorum inspector uerissimus occultorum uota destruendo iniusta^g, cuius prouidencia in sui dispositione non falliter, cuius certa predestinacio minime in quibuslibet frustratur ducem Sobieslaum ab eorum molimine procul auertit et ut suis fidelibus ydoneum pastorem exquireret, sue potencia deitatis compulit. Itaque predictus princeps discrecionis spiritu refert, ne ultra suo pontifice proprio careret, III kalendas octobris |

111 a I

in sua metropoli Praga concilium facit, in quo cuncta Bohemie^h optimates, tam clerici, quam layci fuerunt. Nam forte propter festum beati patroni nostri Wenceslai ^{72 I/72 II} martyris ibidem conuenerant. Cum ergo rumor Diuine contrarius rationi per concilium curerret,ⁱ ut illi illum et illi illum pontificatu dignum clamitarent. Nullus e^j hiis ydoneum inueniret, tandem ante secula electus a Deo aduocatus^k Iohanes. Hic eo tempore sancte Wissegradensis^l ecclesie preposituram regebat. In persona cunctos precellens omnibus affabilitate complacens et incertis moribus Deo acceptus et hominibus merito itaque in culmen^m pontificatus eligi, atque subditorum pastor rectorque institui promeruit.

^a Don. „metropolim“.

^b Don. „omnesque“.

^c Don. „astantes ibi“.

^d Don. „Meynardo“.

^e Don. „exstitere“.

^f Don. „Adalberti martyris“.

^g V Don. následuje „pappe“.

^h Don. „Boemie“.

ⁱ Don. „curerret“.

^j Don. „ex“.

^k Don. „aduocatur“?

^l Don. „Wyssegradensis“.

^m V Don. následuje „eorum“.

Hyemps^a instabilis ita, ut nunc gelaret, nunc uernalis more temporis terra resolveretur a Deo, ut Albis fluuius bis glacie astringeretur, bisque liquefieret flumen uero Wltaua, quod metropolitanas nostras urbes Pragam et Wissegrad^b alueo suo diuidit, quater gelatum est et quater glacies eius dissoluta est. Niuis^c autem penuria fuit. Hec in temperies aeris a mensi Nouembri incipiens, per totum circulum sequentis anni nullum mensem preteriuuit, quin aut^d intrante, aut exeunte uno quoque mense magno impetu seuiret.

Tandem in altero anno V kalendas Nouembris uespertina hora per totum mundum seuissima tempestas uentorum orta est, que a^e seuiens usque ad noctem in primo crepusculo noctis ecclesias tam lapideas, quam ligneas, necnon edificia sepes cumulos in horreis ita, ut nec manipulus super manipulum ^{72 II/72vI} remaneret, destruxit arbores pre siluas funditus eradi-

111 a II

cauit.

Anno Dominice incarnationis millesimo CXXXV electus sancte Pragensis ecclesie Johannes ad imperatorem profectus est, quatenus eleccio sua imperiali assensit et approbacione corroboraretur. Quo postquam uentum est tanto culmine honoris honoratus est, ut imperator cum processione fecerit eum suscipi. Dehinc ipse ei obuiam exierit, postquam uero pontificales dignitates, id est baculum et anulum, sibi tradidit, ad archiepiscopum Magontinum misit illum, ut Deo dignum presulem ordinaret. Itaque presul Johannes XIII kalendas Marcii ab archiepiscopo suo ordinatus cum leticia et gaudio magno remeauit. Sed ante quam metropolim episcopatus sui uenisset, cuiusdam de primatibus ecclesiam consecrauit,^f que uenienti forte inuia erat. Peragente autem eo ex more mistica dedicacionis officia nonas marcii signum in sole apparuit. Erant enim quatuor^g circuli quibusdam complexionibus inuicem colligati:^h unus in medio, qui erat aliis maior, secundus ad orientem, tercius ad occidentem, quartus ad aquilonem, infra quos multa signa quasi falsi soles circa uerum solem apparebant et ita fere trium horarum spacio permanserunt. Vestigia quoque signi usque ad undecimam horam diei uisa sunt. Presul autem Johannes predicta ecclesia dedi^{72vI/72vII} cata dum ad sedem sui pontificatus uenit cum magno cleri plebisque tripudio susceptus est.

Eodem anno metropolis Bohemieⁱ Praga more latinarum ciuitatum cepit renouari.

Permanentibus itaque duce Sobieslao atque Boleslao in discordia, qua machinante humani generis |

112 I

^a Don. „hyems“.

^b Don. „Wyssegrad“.

^c Don. „nimis“.

^d Don. „autem“.

^e Don. „ita“.

^f Don. „dedicauit“.

^g Don. „III^{or}“.

^h Don. „collicati“.

ⁱ Don. „Boemie“.

inimico inuicem dissidere ceperant, cum nemo de comparibus eorum inter eos congrue mediando pacem reformare potuisset, imperator Lotarius utique Deo inspirante compulsus, utrumque ad curiam suam uenire statuto tempore fecit. Dum autem imperatoria iussa peracturi festino cursu unusquisque suo cum ducatu^a perageret, imperator multos per legatos adhortatus est, compatrem suum Sobieslaum et fidelissimum regni fautorem quartus priusquam Boleslaus ueniret. Id uero gracia huius rei precipue faciebat, ut compertum habuimus in suo arbitro^b ponere uolens, quo vel quali honore ducem Boleslaum^c reciperet. Ueniente itaque duce Boleslao^d cum consilium de predicta re ab imperatore ac principibus eius fieret. Assurgens dux Sobieslaus cunctis, qui aderant audientibus, dixit: „Quia duci Boleslao^e nullus honor a Deo congruit, quam ut^f lictor imperatoris efficiebatur.“^g Hec cum dixisset, cuncti principes Theutonici unanimiter [re]sponderunt, nullius imperatori a Deo fidelem et dedi ^{72v1/73 I} familiarem, ut ducem Sobieslaum et cum prius pro infideli et inimico coram imperatore reputatus fuerit, in hoc presenti negotio amicissimus et fidelissimus eius fautor liquido patuerit. Venit ergo Boleslaus cumque in concilio sessum fuisset. Dux Sobieslaus ad dextris imperatoris sedit, ac ex altera parte alii principes, Boleslao autem ante conspectum eius sedes posita est tamquam lictori. Tandem de multis causis, multis conciliis ibi pertractatis imperfecta pace, sed positis induciis unusquisque ad propria remeauit.

Eodem tempore legati regis Grecie ad imperatorem uenerunt, multa et magna |

112 II

ferentes dona, hanc uidelicet ob causam: Quidam enim dux nomine Rocherius manens ultra Syciliam^h partes Grecorum infestabat et ut hunc imperator compesceret, rex Grecorum postulabat.

Aputⁱ Duringiam in quodam plano campo lapis mire magnitudinis ad modum magne domus per aera descendit. Cuius sonitus^j precedencium trium dierum spacio ab adiacentibus circa locum illum hominibus auditus est. Hic postquam deorsum decidit dimidiam pars sui in yma terre descendit, atque triduo fervidus, tamquam calebs ex igne retractus iacuit.

Anno Dominice incarnationis millesimo CXXX VI festum sancti Benedicti confessoris dedi ^{73 I/73 II} in die magno sabbati, hoc est in vigilia resurreccionis Domini, celebrandum^k euenire solet. Rem detestabilem et raro auditam dicam, prout compertum habeo. Quodam tempore episcopus olomucensis Henricus in uilla, que Blansko uocatur, ecclesiam con-

^a V Don. Následuje „suo“.

^b Don. „arbitrio“.

^c Don. „Sobieslaum“.

^d Don. „Sobieslao“.

^e Don. „Sobieslao“.

^f Don. „quod“.

^g Don. „efficiatur“.

^h Don. „Siciliam“.

ⁱ Marginální poznámka stejnou (?) rukou „Nota de magno/lapide.“

^j V Don. následuje „trium precedencium trium“.

^k Don. „euenit, quod raro euenire solet“.

structurus erat. Hec enim uilla multo ante tempore sub potestate predecesorum eius^a fuerat. Wratislaus autem vnus de ducibus Moraue bonum propositum boni pontificis, ut cognouit, curiose pertractare cepit, qualiter hoc propositum destruere posset. Hoc ante maxime moliebatur, quia plurima bona in apoteca sui pontificis in eadem uilla reposita esse cognouerat, que, si quoquomodo rapere quieret, auidissime curabat. Factum est itaque, ut prefatus presul nec non dux Conradus et dux Wratislaus in quodam cenobio, quod Reyhrad uocatur, quelibet concilia contractaturi conuenirent. Pactis autem negociis |

112 a I

dux Wratislaus presuli Henrico interdixit, ne ecclesiam in supradicta uilla construeret, asserens eam sibi magis, quam pontifici attinere. Tandem post multa concilia ibi habita positus induciis imperfecta pace unusquisque^b ad propria redierunt.

Imperator Lotarius Romam iturus,^c auxilium a Sobieslao duce petiit. Ille imperatorie petitioni annuens, congregato exercitu, Wladislaw^d ^{73 II/73vI} paulo ante de exilio reductum prefecit. Cumque donatium militibus erogaret, Wladislaw^e nongentas marcas denariorum tradidit. Quibus ille acceptis cum suis complicitibus fugam latenter iniit.

Eodem anno XVII kalendas Augusti stella, que Lucifer uocatur, ad yemalem ortum solis apparuit, que superius cursum tenens, ad eum locum tandem peruenit, quo sol VIII kalendas Iulii oriri solet. Ipso uidelicet die, quo dies decrescere noctes incipiunt augeri. Cum autem per aliquantum temporis in eo loco moraretur, quodam noua stella post eam apparuit, que nec nobis, nec presentibus nostris immo^f nec attauis nostris uisa est et breui spacio temporis priorem processit et non multo post prior eodem itinere ad locum suum regressa est, ibique occidit. Hec uero recto tramite ad partes occidentis perrexit. Hoc ideo maxime tam modernis, quam posteris recitanda prenoto, quatenus, qui minus studiosi sunt, nouam stellam apparuisse nouerint, si quo uero id ipsum per vigili studio notauerint.^g Nouerint Deum mirabilem in operibus suis gloriosum predicare simulque orent, |

112 a II

ut cuncta, que uisibiliter operatur, sic ordinare dignetur. Quatenus in omnibus omnipotenciam eius laudentes, promisse ab eo salutis dona percipere mereantur. Ipsius enim hec opera sunt, de quo ille egregius auctor ^{73vI/73vII} dicit: „Qui stellas numeras, quarum tu nomina solus, Signa, potestates, cursus, loca tempora **nosti**.“

Anno Dominice incarnationis millesimo CXXXVII libet superdictis paulisper obmissis, quoddam nouum mirandum diuine pietatis ac potencie operis inserere, quod relatu neridicorum^h cognoui. In partibus Czaslaw^a est^b quedam uilla Beztwina uocata. In hac mulier

^a Don. „suorum“.

^b Don. „vnusquilibet“.

^c Don. „itur“.

^d Don. „Wladislaus“.

^e Don. „Wladislaw“.

^f Don. „ymmo“.

^g Don. „uocauerit“.

^h Don. „neridicorum“.

quedam a virginitate sua per plures annos cum marito suo uixerat. Fidem ei et dileccionem, pro ut decet, obseruans longo autem post tempore etate uidelicet sua iam in senectute uerngente morbo inuasa est adeo graui, ut nullo modo erecta procedere, uel stare potuisset, sed manibus alliorum efferebatur et referebatur in grabato. Quid multa detenta est ab hac infirmitate per aliquot annos. Factum est autem, ut solempnia Dominice natiuitatis atque uti moris (Don. iure) nostre nostre gentis est communibus uacaret^e conuiuuiis, predicta mulier officio destituta, sola domi iacebat. Igitur uicine mulieres conuenientes ad eam, rogauerunt, ut delata ab eis et si sedere nequiret, saltem in conuentu eorum, ut cumque accumberet. Ipsa uero petitioni eorum non abnuens, spondit. Deportata ergo inter conuiuantes tam diu iacuit, donec murmur^{73vII/74 I} multus et strepitus uti inter conuiuas fieri solet, oriri cepit. Aduocans itaque quendam sibi familiarem peccit, quatenus domum depor-

113 I

taretur. Quod et factum est. Ipsa die festum erat beati Stephani prothomartyris et dies sabbati. Cumque sola domi sederet, nec aliquis alius cum ea^d subito, suauem sonum audiuit, quasi sonum campane et aliquantulum indignans. „Heu“, inquit, „quantum frater meus commessacionibus inhyauit,^e quia tam intempestiue officium diuinum peragit.“ Nam germanus suus parrochianus^f ecclesie ibidem constructe erat. Hec dum dixisset, ecce ostui^g domus, in qua sedebat, apertum est sonus autem, quem audierat, quasi campana in domo eius suspensa resonabat. Vnde pafefacta cum^h ad ostiumⁱ respiceret, uidit duos uiros nobiles, pontificali uultu et habitu indutos, astare. Quorum unus tangens eam baculo, quem tenebat, „surge“, inquit: „da gloriam Deo, ego sum Johannes Ewagelista, cuius solempnia per orbem terrarum a fidelibus in crastinum celebranda sunt. Hic est frater meus, sanctus Gothardus. Scias te nostra pace sanata.“ Et eleuantes eam^j eduxerunt, assumptamque deduxerunt, ut Diuina uirtus uoluit, in uillam, que uocatur Zlapi,^k in qua quidam nobilis et potens nomine Mladota basilicam in honore beati^{74 I/74 II} Gothardi episcopi et confessoris construxerat. Quo postquam uentum est, deposuerunt eam ante templum, que ita firmo gradu stetit, ac si nunquam ab infirmitate tacta fuerit. Tenentes itaque ipsam per manum introduxerunt intus et ecce uiri preclara facie candidis uestibus amicti Deo laudes canentes dicebat. Sed quantum odorem,^l quantumue splendorem ipsam dixerit, se |

113 II

^a Don. „Czaslaui“.

^b Marginální poznámka stejnou (?) rukou : „Nota miraclni ..?“

^c Don. „uacare“.

^d V Don. následuje „subdito“.

^e Don. „inhuauit“.

^f V Don. následuje „ibidem ecclesie“.

^g Don. „hostud“.

^h Don. „dum“.

ⁱ Don. „hostium“.

^j Don. deest „eduxerunt, assumptamque“.

^k Don. „Slapy“.

^l Don. deest „quantumue splendorem“.

ibidem sensisse, humana lingua effari nequit. Dum hec geruntur **maritus suus ueniens de conuentu uiciorum** non inuenta uxore, aliqua maligni temptatione seductam estimauit et conuocatis uicinis, omnem circa uillam^a per paludes et frutices querebant eam. Sed non inuenientes, congregati domum lamentabantur sedentes. Interea illa oracione facta, acceptas in aures super altare oblatura erat. Quod sanctus Iohannes Ewangelista prohibuit, dicens: „Cras populo conueniente ad missam in loco tunc offer, has in aures super altare in ecclesia tua et narra magnalia Dei, que per nos gracia Dei in te operata est^b. Nec ulterius cum uiro maneat.“ Hiis ita gestis idem sancti reducerunt eam et ante portam domus sue statuerunt, statimque euanuerunt. Illa uero leta domum suam ingressa inuenit plorantes, narransque eis potenciam Dei, ostendit que et quanta Deus in villa opertus^c fuisset. At illi mutata uice^d uero tantum de reditu suo, quantum de sanacione gaudentes, fleuerunt. Cumque crastina dies illuxisset ^{74 II/74vI} et tota uicina misteria missarum audita concurreret, predicta mulier, ut sibi a sanctis iussum fuerat, in aures suas coram omnibus illic astantibus super altare posuit, atque cuncta ordine, que in ea diuinitate gesta fuerant, enarrauit. Qui hec audientes, illamque sanam uidentes, immensas Deo et sanctis^e gracias egerunt.

Venerabilis antistes Henricus^f ad Sepulchrum Domini ire disposuit, scilicet accepta a duce Sobieslao licencia, festum natalis Domini Prage cum fratre suo |

113 a I

presule Johanne celebravit. Quo facto^g, uterque eorum Morauiam adierunt, ibique Olomucz in sede pontificatus festum epyphanie egerunt, Johannes quidem repatriauit, Henricus uero iter arripuit cum quo pariter multi^h de utraque regione profecti suntⁱ, inter quos et familiaris noster et fidelissimus **huius ecclesie fautor eratⁱ Boleslai**. Verum quia Constantinopoli^k diu detenti sunt, nam forte imperator in longinquis partibus bella peragebat, ante sabbatum sanctum pasche Ierolimam uenire non potuerunt. Sed postquam uentum est, presul quidem^l ibidem remansit, aliud festum pasche expectaturus. Porro socii itineris adorato sepulchro Domini remearunt, multa pericula in mari propter tempestates passi^m sunt, unde plures eorum per mare errantes obierunt. Inter quos predictus Boleclayⁿ defunctus, in quadam

^a V Don. následuje „locum“.

^b V Don. následuje „te“.

^c Don. „operatus“

^d Don. „voce“.

^e V Don. následuje „eius“.

^f V Don. následuje „qui et Sdyko“.

^g Don. „peracto“.

^h Don. deest.

ⁱ V Don. následuje „multi“.

^j Marginální poznámka rukou 18./19. století: „Author huius Canonice ecclesie Pragensis prout etiam ex supradictis patet.“

^k Don. „Constantinopoloim“.

^l Don. „quidam“.

^m Don. „passi“.

ⁿ Don. „Boleslav“.

deserta insulatus^{a 74vI/74vII} est. Reliqui cum magno labore euaserunt.

Eodem anno dux Sobieslaus in quadragesima leuirum suum regem Ungarie conuenit, cum quo multis causis diuersisque pertractatis sanctum pascha in castro Olomucz celebrauit. Non enim in metropolim suam Wissegrad^b ante pascha uenire potuit. Egregia ductrix Adleyta^c ardentem cupiens festo beati Stephani regis et confessoris adesse Pannoniam petiit, sed ibi diucius a fratre retenta est. Donec patrem suum Almus sepeliuit. Hic enim Almus a fratre suo Colmano cecatus in partibus Grecie exulando uitam finiuit. Sicque intumulatum funus eius per decennium mansit. Donec rex Bela, filius |

113 a II

suus ab eodem predicto tyranno luminibus orbatus in regnum suum illud asportauit. Sepulto autem fratre Adleyte^d ductrix, quia ad festum sancti martyris Wenceslai repatriare nequiuit, in prefato castro Olomucz eius festum egit. Princeps Sobieslaus et dux Boleslaus in castro Kladsko,^e quod est in confinio Bohemie,^f in festo penthecosten conuenerunt. Ibiq; fedus pacis inierunt, quo peracto ad propria redierunt. Post festum autem filius Boleslai Wladislaw^g infantem filium ducis Sobieslai...^h

Sed dum causas ^{74vII/75 I} mortalium rerum seriatim describimus, restat, ut de supernis aliquantis persubiugamus et quia precedenti anno de duabus stellis diximus, nunc etiam de tribus dicemus. Nam tertia stella claritate similis duabus predictis III idus Septembris apparuit, que ante crepusculum diei orta est eo loco, quo Sol in leonis signo graditur. Secunda, que Lucifer dicebatur V kalendas Januarii orta est similiter ante crepusculum diei. Tertia, que priori anno uisa fuerat, cum istis non apparuit.

Imperator Lotarius principi nostro Sobieslao compaternitate iunctus, mortis iure de medio sublatus, in castello Rothburk migravit, a supernis sepultusque in castello, quodam nomine Brunsuik.

Anno Dominice incarnationis millesimo CXXXVIII IIII kalendas Marcii quoddam signum ad modum serpentis post occasum solis per totam Bohemiam uolare ad occidentalem plagam uisum est. Ipsumque subito euanescens, signa quasi rubea post se reliquit. Infra festum pasche V Idus Maii in aquilonali plaga rubea signa in |

114 I

celo in modum columpnarum apparuerunt, que in duas partes diuisa quasi certanciaⁱ modo concurrere, modo refugere videbantur.

^a Don. „insula tumulatus“.

^b Don. „Wyssegrad“.

^c Don. „Adlheyte“.

^d Don. „Adlheyte“.

^e Don. „Cladsko“.

^f Don. „Boemie“.

^g Don. „Wladislai“.

^h V G5 dále ukončeno uprostřed věty. Don. Navazuje „in castro Nemmci de fonte suscepit cum Vaceslaus uocabulum indidit.“

ⁱ V Don. deest „modo concurrere“.

Electo itaque rege Conrado omnes principes et quique^a primates ac familiares regni sui statuerunt, quatenus in sancta solempnitate ^{75 I/75 II} penthecostes, quod erat XI kalendas Iunii, curiam et concilium Bamberk in ciuitate facerent et ut omnes ad regnum suum spectantes^b ibidem in predicto tempore conueniant et ut electio sua pariter corroboretur ab omnibus et insignia regalia coram cunctis principibus a Ratisponense duce reciperentur. Cumque ut statutum erat, cuncti simul conuenirent^c et Ratisponensis dux inesse consuetui^d nec ipse uoluit, nec regalia insignia reddidit. Habito ergo^e concilio multisque negociis pertractatis cum unusquisque ad propria repedaret regem ad huc in eodem loco morantem. Noster dux Sobieslaus infra iam dictum festum adiit eum, receptusque a rege magno cum honore per aliquot dies ibidem stetit. Gracia quoque regis sibi fauente, id obtinuit, ut filius^f suus Wladislaus in regimen^g ducatus ei succederet. Cui licet puero vexillum presente patre a rege traditum est. Ad quod confirmandum omnes Bohemi^h proceres super reliquias sanctorum coram rege sacramenta fecerunt. Hiis ita peractis dux Sobieslaus gaudio pro uelle repletus cum suis repatriauit. Cum autem solempnitas apostolorum Petri et Pauli celebranda fidelibus aduentasset. Dux Sobieslaus primi et secundi ordinis militibus suis edicit, ut quanto-

114 II

cuius Saczka ad se conueniant. Quod cum factum ^{75 II/75vI} fuisset, dux ipse partim rogat, partimque imperat, quatenus fidem, quam filio suo post mortem eius seruare uelint, se presente sub sacramento confirmarent, quod et factum est.

Eodem anno imminente festo beati patroni nostri Wenceslai dux Sobieslaus filiam suam nomine Mariam filio Leupoldi orientalis marchionis legitimo coniugio coniunxit, quam quingentis marcis argenti donauit. Facte sunt autem hec nupcie in Morauia in Olomucensi parte.

Pridie idus Octobris primo crepusculo noctis rubea signa ad Aquilonem apparuerunt. Secunda nocte idus uidelicet eadem hora similiter factum est. Tercia nocte XVII kalendas Nouembris circa Auroram eodem modo apparuerunt.

Dux ⁱ Boleslaus^j obiit.

Anno Dominice incarnationis millesimo CXXXIX dux Sobieslaus ab uxore Vigberti^k aliquot castra DCC marcis^l argenti redemit. Addidit ei preterea tercium denarium in castro Donin. Confirmans igitur militibus, qui castra custodirent, redeunte duce Sobieslao cum

^a Don. „quinque“.

^b V Don. následuje „in predicto ibidem“.

^c Don. „conuenirent“.

^d Don. „conuentui“.

^e Don. „igitur“.

^f V G 5 nadepsáno „fratris“.

^g Don. „in regiminem“.

^h Don. „Boemi“.

ⁱ V G 5 nadepsáno „polon(...)“.

^j Don. „Sobieslaus“.

^k Don. „Vykperti“.

^l V Don. následuje „redemit argenti“.

exercitu suo quodam die cum esset in introitu terre sue in media silua^a uehementissimus flauit uentus, qui non solum edificia seu quelibet obstacula et eciam grandes siluarum arbores radicitus eruebat. Interea magno periculo Bohemi^b constituti a Deo territi fuerunt, ut unus de ^{75v1/75vII} castellanis appropinquans duci diceret: „Ecce domine dux coram Deo et sanctis eius uestra quoque gracia teste promitto, si omnipotencia Dei ab hoc pe-

114 a I - 103

riculo vita comite eripere dignabitur, quantocius monastice professionis habitum me subiturum noveritis.“ Sed Deo protegente non nisi septem homines de toto exercitu casu arborum interierunt, ceteris cum incolomitate remeantibus.

Septimo nonas Marcii rubea signa insueto loco a principio noctis usque ad finem visa sunt. Hoc anno sollemnia^c sanctorum martyrum Adalberti atque Georgii IX kalendas Maii a fibelibus (!)^d celebrata sunt. Ipsa dies ressureccionis Dominice sollempnitate clarebat.

Eodem tempore Dux Sobieslaus levirum suum Belam, regem Pannonie, convenit. Nam idem rex Bela filiam suam filio regis theutonicorum Conradi tradebat. Hee nupcie in festo penthecosten celebrate sunt.

Quarto decimo kalendas Augusti obscuritas aeris facta est. Sumus enim inusitati fetoris quasi nebula exalabat, sed neque^e die neque nocte fumigare cessabat. Ea obscuritate sic per septimanam durante IX kalendas eiusdem mensis nigredo densior solito citra meridiem^f obfuscauit. Putridissimo fetore et uelut ab inferis exeunte odoratur hominum persufflante. ^{75v II/76 I} Fuerunt eciam nonnulli, qui dicebant se quasi fissuram in sole uidisse. Repugnantibus regi Conrado Saxonibus sueque eleccioni assensum et fauorem prebere recusantibus proposuit bellis temptatos regno suo subicere. Cumque per plures familiares supplementa exercitus colligeret inter reliquos ducem nostrum Sobieslaum expetiuit, ut cum suis predicto bello interesset. Plurimum enim spei de uictoria in fortitudine |

114 a II

pugnatorum eius reponebat. Congregatis igitur rex et dux Sobieslaus diuersis aditibus Saxoniam cum intrarent. Illi uim aduentacium non ferentes ad castra confugerunt nec prius uultui regis apparere presumpserunt. Quam mediante duce Sobieslao sedicioni^g regis subdentes per omnia **pacem eius adepti sunt**. Sic saluo regis honore uictoria sine armis peracta. **Inde redeuntes quendam locum uastauerunt et magnam predam reduxerunt^h**.

Ea tempestateⁱ Johannes^j Pragensis episcopus longa maceratus egritudine VI Idibus

^a V Don. následuje „flauit uehementissimus“.

^b Don. „Boemi“.

^c Don. „sollempnia“.

^d Don. „fidelibus“.

^e Don. „ne“.

^f V Don. následuje „aere“.

^g Don. „sese dicioni“.

^h Nadepsáno stejnou rukou: „ab“ Don. „abduxerunt“.

ⁱ Don. „tempestates“.

^j Don. deest.

Augusti migravit a superis. Hic mense Marcio langore tactus usque ad VI Idibus Augusti, ut duximus, infirmitate detentus est. Sepultus est autem in capella sancti Gothardi episcopi et confessoris, quam ipse perforato pariete ecclesie sancti Wenceslai ad aquillonem construi iusserat. Cui Silvester, abbas Sazuiensis^a, infausto homine successit. ^{76 I/76 II} Huius eleccio in^b III kalendas Octobris facta est, sed quia consecratus non est priusquam dux uitam finiret, cuius uoluntate fuerat electus, eleccio sua breuiter durauit, ut in sequentibus clarebit.

Post hec Sobieslaus dux curtem suam adiit, que Chwoyno dicitur, ibique manens castrum renouare cepit, quod Hostin^c Hradecz dicitur. Cogitabat enim, si Deus uoluisset, inter se et duces Polonie dissensionem facere et fortasse ex antiqua parte et suo dominio eos subiugare posset et ob hoc castra, que sunt ex parte illorum, firmabat. Sed aliter conuenire providencia Diuina disposuerat. //

115 I

Nam priusquam predictum castrum ad perfectionem duxisset, proxima dominica ante natale Domini infirmitate tactus letifera lecto prosternitur.

Anno Dominice incarnationis millesimo CXL dum grauis grauiusque infirmitas inualesceret, sublatus de Chwoynow portatus est in castrum iam supradictum. Interea quanti rumores, quanta consilia Bohemie^d proceres actitarent silencio preterire. Sanioris concilii estimauit, ne forte singula, ut fuerunt, proseguendo odium^e fortasse alicuius incurram. Confluxerant enim cuncti primates Bohemi^f in urbe Wissegrad^g et die noctique^h consilia tractantes, illi illum et illi illum eligere et intronizare ^{76 II/76 VI} contendebant. Omnis tamen ille conuentus solum Naczerath intedebant (recte: intendebat), ut cuicumque ipse faueret. Huic omnes pariter unanimiter subiacerent, dum hec agerentur. Hii, qui circa ducem Sobieslaum erant, pariter cum domina coniuge eius nullum signum recuperande sanitatis **meoⁱ notantes**, oleo perunxerunt eum. Deinde magis magisque debilitate curris^j inualescente precepto uiatico XVI kalendas Marcii migravit a seculo. Proch dolor. Quanta anxietate, quanta commocione Bohemia^k fuerit tunc agitata ad enarrandum difficile manet. Merito quidem angebatur^l amisso tanto defensore et patre. Quippe tanto patrie amore constrictus erat, ut omni gens^m curam peratissimus erat mori pro libertate subditorum et honore. Unde et lasciuiam carnis omnimodis deuitabat, que plurimos uirorum enarare solet. Sobieslausⁿ acer dux pre omnibus |

^a Don. „Saxonensis“.

^b Don. deest.

^c Don. „Hoszin Hradek“.

^d Don. „Boemie“.

^e V Don. následuje „alicuius fortasse“.

^f Don. „Boemi“.

^g Don. „Wyssegrad“.

^h Don. „noctique“.

ⁱ Don. „in eo“.

^j Don. „corporis“.

^k Don. „Boemia“.

^l Don. „angebatur“.

^m Don. „gerens“.

ⁿ V Don. následuje „dux acer“.

in persona egregius, in loquela amabilis, in milicia strenuus, in consilio prouidus, in elemosina largus. Nouerat enim referentibus sibi collateralibus suis capellanis beatum Gregorium dixisse. Adtribuendum gero cur pigri estis, quando hoc, quod iacenti in terra porrigitis, sedenti in celo datis. Pauperum quoque curam sollicite et diligenter gerebat. Quippe non surdus ewangelici precepti auditor erat. Quod uni ex minimis meis ^{76vI/76vII} fecistis, mihi fecistis. Nam licet magna sollicitudine non solum sui principatus esset occupaturus, uerum etiam curam Moraue et Scribie^a impenderet. Regi quoque pannoniorum sicut supra satis ostendit plurimis consilium suum prestaret, sepius tamen in semet ipso retractabat, ne huiusmodi occupationibus anima irretita inprouida^b periret. Quapropter uelut instructus uerbis sapientis cuiusdam dicentis. Munera, que donat, moriens, hec munera non sunt. Cum contectali sua domina Adleyta^c salutiferum agreditur consilium. Quatenus ante diem exitus sui summum iudicem et inspectorem conscienciarum placare festiaret^d precipue reputantes, post mortem suam nullum a Deo fidelem, a Deo familiare sibi futurum, qui sic bona eorum pauperibus et Deo seruiantibus erogaret, ut ipsi uiuentes fecerunt. Quid plura advocant, Vincencium capellanum, quo alter adelior^e (?fidelior) sibi non erat. Cui sancte cogitationis omne consilium ordine manifestant^f et simul eundem iubent, atque rogant, quatenus ex parte ipsorum sancte Vissegradensis^g |

115 a I

et Pragensis ecclesie canonicos necnon comilitones sancti Benedicti moniales quoque rogaret, cum omni clero intra urbem commorante, ut sicut mos est, pro defunctis officia peragerent, scilicet prima et secunda et tertia et VII die et cetera, usque ad anniversarium ^{76vII/77 I} sic comemoraciones facerent pro ipsis, alii missas pro salute uiuorum, alii pro peccatis, alii pro fidelibus defunctis. Placuit itaque primum diem in festo omnium sanctorum statui. Ad comprobendam ergo quoquam affectuose quaque deuote hanc elemosinam laudabilis dux Sobieslaus faceret ueniente anniversario. Ipsemet in claustro Wissegradensi^h cum canonicis eiusdem monasterii et cum omni clero deuoto suburbio collecto, refeccionem habuit. Ibi in diuite apparatu diuiti uoluntatem ostendit. Idem egregius dux Sobieslaus inter cetera gestorum suorum magnalia a Lotaroⁱ imperatori et regi Conrado Saxones et Bauaros, necnon ceteros Romano imperio aliquando contrarios subiugauit. Hiis et pluribus huius mundi circumfultus XVI kalendas Martii dux predictus est morte preuentus. Retributor

^a Don. „Srbie“

^b Don. „improuide“.

^c Don. „Adleita“.

^d Don. „festinaret“.

^e Don. „fidelior“.

^f Don. „manifestauit“.

^g Don. Wyssegradensis“.

^h Don. Wyssegradensi“.

ⁱ Don. „Lotharo“.

ergo omnium bonorum Deus^a, pro cuius amore hoc bonum opus predictus dux operatus est, secundum largam hylaris datoris uoluntatem nunc animam eius confouere dignetur. Amen.

Cui Wladislaus succesit. Siluester abbas amisit episcopatum.

Wladislaus cum suis conuenit, regem Conradum, leuirum suum, in urbe Bamberk et ibi accepto uexillo a rege rediit ad sua.

Eodem anno Otto processit ad ordinacionem episcopatus. Quo accepto, V kalendas Iu-|
115 a II

nii in metropolitana urbe Magoncia ab archiepiscopo Alberto cum magno honore et leticia rediit ad sua. ^{77 I/77 II}

Eodem anno ductrix Adleyta^b moribus honesta et preclara non post multos huius uite curriculum tacta cordis sui doloribus, siquidem uiuens, post obitum mariti sui septem mensibus XVII kalendas Octobris migravit de hoc seculo.

Flumen Sazaua^c XIII kalendas Decembris, quod uadit iuxta cenobium eiusdem nominis Sazawa discerpcionem passum est plusquam XX stadiorum longitudine^d summo usque deorsum molendinum eiusdem cenobii, quod ab antiquo numquam defecerat. Aquis tunc stetit in sicco. Abbas et fratres illius cenobii et seruientes uenerunt ad litus et miraculum considerantes ad maiorem noticiam eiusdem miraculi contra morem solitum magnos pisces et cancros in sicco fundo collegerunt. A prima autem hora usque ad sextam^e hac immutacione predictum flumen Diuina disposicione continebatur.

Anno Dominice incarnationis millesimo CXL Wladislaus dux habuit festum natalis Domini in villa, que uocatur Siwohost^f, ubi puer Wladislaus ipso festo die dum nox occupauerat totum mundum iniit fugam ad auunculum suum nomine Bela^g, qui tunc regebat in Ungaria. Hymemos^h tunc uaria fuit. Bela, rex Vngarorum, obiit et nostrates profugi submissis capitibus doluerunt.

Hoc anno in quadragesima per totam regionem Bohemieⁱ multi suspensi sunt in patibulo. Precipui autem in monte Sibenica, ^{77 II/77 VI} ex quibus plures euaserunt et fugam inierunt.

XVII kalendas Maii inundacio fluminis Wltaue, que fluit inter urbes |
116 I

Wissegard^j et Pragam nimia facta fuit et uicinis rebus multum nocuit. IX kalendas Maii novus Lucifer ortus est, sed dissimilis uarietatibus priori Lucifero, quem ante memorauimus. Ille XVII kalendas Augusti ortus est. Iste IX kalendas Maii uisus est et sic uarios cursus peragit^k.

^a V Don. následuje „Deus“.

^b Don. „Adleyt“.

^c Don. „Sazawa“.

^d V Don. následuje „a“.

^e Don. „VI“.

^f Don. „Siwohost“.

^g Don. „Belam“.

^h Don. „hyemps“.

ⁱ Don. „Boemie“.

^j Don. „Wissegard“.

^k Don. „parit“.

Hic presul Zdiko^a Olomucensis ecclesie accipiens crucem de sancto altari sancti Petri, lacrimans per gaudio et cantans hanc antiphonam: „Qui uult uenire post me, abneget semet ipsum et tolat^b crucem suam etc.“, ascendit equum, cum suis contra paganos, qui uocantur Pruzi^c, ut fidem sancte trinitatis eis insinaueret et baptizaret eos. Quid tum^d melius est silere de eius itinere, quam inuanum laborauit et de eius reditu gaudere.

Anno Dominice incarnationis millesimo CXLII regnante Conrado necdum imperatore Romano intronizato autem principe Bohemorum^e Wladislao, qui patruo suo successerat, illustri uiro Sobieslao, oritur inter Bohemos^f uesana sedicio, que eos perfidie stimulo turbatos in duas turmas diuisit et melior nobiliorque prius ad Conradum ducem Morauie perrexit. Inferior uero et conuiniior cum Wladislao remansit. Hiis ita gestis subito pax abicitur, bellumque ^{77vI/77vII} festinum indicitur, in condicto loco conueniunt, de Wladislai depulsione et Conradi eleccione armati consulunt et nullam concordie pacisque firmitatem statuunt. In crastino autem Morauiensis cum profugis Bohemis in Wladislaum et fratrem Theobaldum et Henricum ex inproiso insurgunt, in fugamque cum omni exercitu compellunt. Quibus resistentibus quantum ualue-

116 II

runt. Maiores belli ductores Naczerath, Smil, Beneda et alii, quam plures ex utraque parte ceciderunt. Tunc Bohemi uidentes Morauos inualescere seque auxilio Dei carere, omnes in euasionem fugierunt. Pragam uero metropolim civitatem ingressi, cum Theobaldo municiones firmauerunt, Wladislaum propere ad regem Theutonicorum pro auxilio adipiscendo direxerunt. Igitur Conradus ducatus concupiscencia accensus, fugitios prosequens, Pragam obsidet, armatos circumquaque adhibet, machinas, balistas, sagittarios instruit ad ultimum in monasteria, in claustra, in edificia ignes mittit. Proch dolor! Nefas inuisum, inaudita angustia, tristicia insolita, cure timor et tremor ciues suburbanos^g affinesque eorum inuaserunt et moniale dilecte Deo et hominibus de cenobio sancti Georgii martyris, sancteque Ludmile martyris omnia sanctuaria et habitacula sua combusta uidentes territe cum gemitu, qrauique suspirio semiuiue uix ualentes, oculos et manus ad celum leuare, clamauerunt: „Domine, miserere nostri et respice nos.“ Et subito invento exitu de ciuitate fugientes in locum unum, sub Petrzin monte secesserunt ac in ecclesia sancti Iohannis Baptiste, quod ad restauracionem proprii loci uiderent, quasi exules tristes et flebiles manserunt.

Euolutis ergo paucis diebus pro dolore et afflictione non computatis, regis Teutonicorum Conradi conductorumque eius Wladislai ducis et episcopi Zdiconis uenerabilis et sancte memorie uiri aduentus cum forti manu intonuit. Quod audi-

^a Don. „Sdiko“.

^b Don. „tollat“.

^c Don. „Prusi“.

^d Don. „tamen“.

^e Don. „Boemorum“.

^f Don. „Boemos“.

^g Marginální poznámka stejnou (?) rukou : „Non de incendio ecclesie sancti Georgii.“

116 a I

to Conradus tetrarcha cum suis sequacibus in terram suam latenter effugit et amplius non comparuit. Veniens ergo rex Conradus ducem restituit firma pace, sumpta promissa pecunia in propria profectus est. Tunc omnis, qui in tristicia fuerant, quasi de graui sompno excitati, letati sunt. Ceperunt, que uiolata erant, reedificare, que uero omnio consumpta, renouare. Itaque Domine moniales sancte et fidei katholice filio^a in loco predicto conuersantes die noctuque flebili uoce secundum desiderius iusti Symeonis dicebant. Quando hinc exhibimus, quando in claustro manebimus, quando cum pleno gaudio Deum orabimus. Mox exaudite a Domino audierunt relatione custodum murorum piscatorumque et pauperum in noctibus laborantium uidisse, flamas de eorum ecclesia eisse et usque celum se protendisse. Hac audicione pro spiritum sanctum (!) commonite claustrum uisitant, ecclesiam lustrant, altaria inspectant et maxime reliquias sancte Ludmille patrone sue cum lacrimis queritant. Accersito Vernhero lapicida et cementario, ut inter saxa et tyciones requirat, sollicitant. Ecce, uolente Deo, Vernherus sarcofagum incorruptum, nec igne tactum reperit ad dominas (?) letus rediit et per gaudio remuneratione postulans leticiam nunciauit. O sancte Deus, o mirabilis in sanctis suis, o benedicte in operibus tuis quanta exultatione familias tuas dignatus est replere, quasi uisitacionis solacio |

116 a II

perfundere, quam magno gaudio presentationis letificare. In terram Deo gratificantes corruunt, lacrimis loca perficunt et oblite tristicie ad leuandam tecam corrunt, sed quasi stupefacte presumptionem reprimunt et uocato sacerdote Pudone, cuius consilio et auxilio foras temptant effrere et exeuntes ad portam ciuitatis inueniunt obstructam, ferratam et quasi exitui oppositam, quam multo conamine quassatam, nimisque laboribus temptatam, nullo modo aperiant et hoc miraculo compuncte in locum unde exierant regressae sunt. Missoque nuncio ad episcopum Ottonem, supplicat, ut ueniat, quid agendum sit, decernat. Qui Morauie Zdiconem implorant, ut desiderium ipsarum impleant. Qui se facturum promittit, si antistitis earum licenciam inueniat. Non cessantes ergo claustricole a proposito domini decani pragensis Henrici, Petrique archidiaconi ceterorumque de conuentu consilio sarcofagum releuant, aperuit et prouisum iuxta altare letanter recondunt. Nec hoc quoque pretereundum est, quod mirabile^b et in seculis predicandum furtum Vernheri declaratur, qui ablata latenter parte corporis beate Ludmille, athlete Christi repatriat ad construendum templum Deo duos conducit, qui cepto opere mortui sunt in sequenti enim alii duo in tercio ipsemque defunctus est. Hiis uisis filius eius iussu uicinorum propinquorumque Bohemiam intrat. Geruasio cancellario, consanguineo suo, gesta replicat, per quem ammonitus ablata ecclesie reddidit in nomine Domini nostri Ihesu Xristi, cui est ho-|

117 I

^a Marginální poznámka stejnou (?) rukou : „//filie“.

^b Marginální poznámka stejnou (?) rukou : „Nota ac..../ sancte Ludmille“.

nor et gloria in secula seculorum. Amen